

# IUSTINA VIRGO LAPIDES MOLLIT

## EPIGRAMMA

Barbara mollito tepuerunt saxa rigore,  
Ponis ut Augustum Virgo pudica genu;  
Ebria carcarnificis sed dextra cruore rigescit,  
Obduras niveum dum moritura latus.  
Scilicet ut rigidum tibi marmor Iusta pararet ,  
Candidior nivibus debuit esse pudor.

*Sinodorum ā Basilicapetri Academicus Animosus.*

## DE EADEM.

Purpureas Patrum trabeas diademata Regum,  
Aurea Pontificum, laureaserta Ducum,  
Et gentis reputa titulos, G I B E R T E, Bifrontis  
Sistere praecipites non potuere rotas.  
Prodiga Virginei solum Iustitia cruoris  
Clarior è rapidis orbibus orbic nitet:  
Nimirum Adriaci florens Aurora  
Timavi Semper ab Oceano purpurat illa suo .

*Bartholomeus Carpanus Acad. Anim.*